

dilectumque filium sibi immolari. — E deserto non egressus est sanctus Joannes, quin prius Dei vocem audiisset. — Cor hominis depravant voluptates, nec illud explet. — Angelo dixit Jacob : « Non te dimittam nisi prius mihi benedixeris. » — Regulus, ut [promissum adimpleret, Carthaginem rediit, licet propinquai amici que illum a proposito deterrent. — Sancti Flaviani orationem audire non potuit imperator Theodosius, quin miseratione commoveretur. — Duas primas in Jesu Christi regno sedes postularunt Jacobus et Joannes, nec illas impetrare potuerunt. — Nihil erat populo quod manducaret ; at eum Jesus noluit dimittere quin prius fuisset satiatus. — Petrus Jesu Christo dixit : « Etiamsi oporteret me mori tecum, non te negarem. — Phocion per totam vitam pauperfuit, quamvis dives esse potuisset.

Thème 169.

198-199. — Augustus, postquam unum et quadraginta annos fuisset imperator, Nolæ obiit. — Annibal, viso Asdrubalis capite, exclamavit : « Agnosco Carthaginis fortunam ». — Mox adventuro Joanni Chrysostomo obviam ierunt Antiocheni. — Saul, cum ipsi David percisset, hunc persequi aliquandiu desiit. — Cum rex esset Ludovicus nonus, bellum adversus Saracenos decretum est. — Nero, cum ipsum persecerentur equites, se pugione occidit. — Expulsos Gallos persecutus est Camillus. — Joseph, aspecto Benjamino, egredi coactus est. — Cum imperator esset Tiberius, Jesus Christus a Pilato ad crucem damnatus est. — Jesu Christo cruci affixo insultabant sacerdotum principes et senatores. — Thomas, viso Jesu Christo redivivo, exclamavit : « Dominus meus et Deus meus ». — Tiberius postquam circiter tres et viginti annos imperator fuit, Capreæ obiit, veneno absemptus. — Jesus, cum Patri suo gratias egisset, panes fregit, deditque apostolis qui illos populo viserunt. — Abraham, cum in montem pervenisset, Isaac mactandum alligavit. — Lazarum mortuum et jam

fötentem ad vitam Jesus Christus revocavit. — David, uno sequente viro. in Saulis tabernaculum ingressus est. — Pro sua prudentia, Fabius ab Annibale vinci non potuit. — Expulsis regibus, creati sunt Romæ consules.

Thème 170.

198-199. — Detruncato Joanne Baptista, corpus asportarunt ejus discipuli illudque sepelierunt. — Ismaelitæ emptum Josephum Putiphari vendidere. — Cum imperator esset Vespasianus, obsessa est urbs Hierosolyma. — Rex Saul, rejecto Domini verbo, ipse a Deo rejectus est. — Scipio victimum Asdrubalem ex Hispania coegit discedere. — Vespasianus, cum decem annis fuisset imperator, obiit, Titoque filio suo regnum reliquit. — Horatius, occisis tribus Curiatiis, ovans rediit. — Deprehensos Pœnos speculatores incolumes dimisit Scipio. — In Deo, cum sit Pater noster, totam debemus reponere fiduciam. — David, cum de Saulis, inimici sui, morte audisset, vestes suas laceravit et lacrymatus est. — Jesus Christus, postquam a mortuis resurrexit, mulieribus sanctis primum apparuit. — Ancilla quædam, cum Petrum fuisset intuita : « Homo iste, ait, unus est ex Jesu discipulis ». At Petrus auditis his verbis, dicere ausus est : « Hominem istum ego non novi ». — Jesum virgis crudeliter cæsum Judæis tradidit Pilatus. — Sisara, cum ipsum hostes persecerentur, ingressus est in tabernaculum Jahelis, quæ illum occidit. — Jesus, cum in cœlum ascendisset, Apostolis misit Sanctum Spiritum. — Mortuo Davidi successit Salomon. — Jesum, cum osculatus fuisset illum Judas proditor, comprehendenterunt milites illumque vinxerunt. — Alexander pro sua fortitudine nulla formidabat pericula. — Appropinquantibus Persis, Græci Thermopylas occupaverunt.

Thème 171.

198-199. — Mortuo Romulo, Numam Pompilium Romani elegerunt. — Apostoli, deserto Jesu, aufugerunt. —

Josephus audito adventu Jacobi, illi obviam ivit. — Jonathas, uno sequente armigero, plurimos occidit Philisthaeos. — Balaam, cum in asinam insedisset, Balac, Moabitum regem adiit. — Jesus, cum vocasset duodecim apostolos, misit eos deditque eis immundos spiritus abigendi potestatem. — Judas, projectis nummis argenteis, abiit seque laqueo suspendit. — Jesus fractum panem apostolis dedit; deinde, cum gratias egisset, illis dedit calicem. — Alexander cum ipsum adulati essent aulici, deus haberi voluit. — Jesus postquam in naviculam ascendit, populum coepit docere. — Vineae cultores apprehensum servum cecidere cæsumque dimiserunt. — Petrus et Andreas, relictis retibus et navicula, Jesum secuti sunt. — Persæ, cum ipsos Alexander fuisse persecutus, in varias regiones fugerunt. — Jesus cum de monte descendisset, hominem lepra affectum mundavit, dicendo (*ou dicens*): « Volo, mundare ». — Mortuo imperatori Vespasiano successit Titus. — Maria, cum in Zachariæ domum advenit, cognatam suam Elisabeth salutavit; cum vero ipsi gratularetur Elisabeth, Maria Deum magnificavit. — Pro sua æquitate, Aristides, Themistoclis consilio obtrectavit. — Auctore Annibale, Antiochus bellum adversus Romanos suscepit. — Cum simus filii Dei, insignem hunc titulum magnopere aestimare debemus.

Thème 172.

185-200. — Cum regnaret Augustus, Bethlehemi Jesus Christus natus est. — Cum obiit Samuel, Domini propheta, illum omnes luxerunt. — Deus Pater cum Iesum Christum dederit nobis, nostraque causa neci tradiderit, quid poterit nobis non largiri. — Dum malus dives voluptatibus affluebat, fame interibat Lazarus: at dum Lazarus Deo fruetur in celo, dives apud inferos cruciabitur. — Salvos nos præstabit fides, dum illam opera comitentur. — Sancti Romani corpus tortores dilaniarunt, donec ossa nudarentur. — Si mulierem adulterii convic-

tam Jesus Christus damnavisset, Jesum plures inhumanitatis insimulassent; si Jesus ei dedisset veniam, dixissent: « Hic homo legi adversatur. » — Si nos succubuerimus, inquietabat sanctus Ludovicus, martyres moriemur; si nos viceerimus, Deo tribuetur gloria. — Dicebat quædam mulier: « Si Jesu tetigero togam, sanata ero. » — Ut David audivit de Saulis et Jonathæ morte, amare flevit. — Statim ut canet tuba, reviviscunt mortui. — Vitæ auctor ad delendam mortem mori voluit. — In arbore ascendit Zachæus, quo apertius Iesum transeuntem videret. — Saul se suo transfixit gladio, ne in Philisthaeorum manus vivus incideret. — Jesus Lazarum non sanavit, ut illum a mortuis posset suscitare. — Auctoribus magis, Xerxes omnia Græciae templa incendit.

Thème 173.

185-200. — Nisi nos Christus mundet, ejus mensa haud digni sumus. — Quamdiu vixit Samson, Philisthaeis plurimum nocuit. — Vix bis cantavit gallus, cum egressus Petrus amare flevit. — Lothi uxor, statim ut urbem Sodomam respexit, in statuam salaryam conversa est. — Rhodanum trajecit Annibal, nec unum quidem elephantem desideravit. — Jesus Jerosolymam videre non potuit quin hujus urbis infortunium defleret. — E navigio non egressus est Noemus, quin prius corvum et deinde columbam dimisisset. — Apostolis Thomas dixit: « Postquam clavorum fixaram video, Jesum credam revixisse. — Justi et sancti erant Jeremias Joannesque Baptista, antequam in lucem ederentur. — Camillo dictatore, pulsi sunt Galli ac profligati. — Rebecca, cum Isaac ambularem conspexisset, velo se operuit. — Josephus, ubi in Ægyptum advenit, Putiphari regis Pharaonis ministro venundatus est. — Sylla cum tres annos circiter fuisse dictator, hac dignitate se abdicavit. — Pharisei, pro sua invidia, Messiam agnoscere noluerunt. — Præstat amari quam timeri; nam, si discedas, timor abit, restat (*ou*

permanet) amor. — Cum ex Aegypto iterum reversi fuis-
sent Jacobi filii, hic patriarcha primum visus est dubitare
num adhuc viveret Joseph; cum autem quos Joseph
miserat currus vidi, non dubitavit quin vera essent sibi
narrata.

Thème 174.

185-200. — Alexandro se subjecere Sidonii, quanquam
Strato, ipsorum rex, Darii partes amplexus fuerat. —
Joannes Baptista a populo honorabatur, quia verum om-
nibus dicebat. — Si nostris ignoverimus fratribus, nobis
Deus ignoscet. — Pilate, si Jesum, cuius innocentiam
agnovisti, non absolvis criminis, at certe ne illum mori-
jubeas. — Jesus fractos panes apostolis porrexit; et
apostoli acceptos panes populo distribuerunt. — Jesum
alligatum milites abduxere. — Hominis voci obediens
Domino, sol stetit. — Juvenis dives, auditu Jesu responso,
abiit tristis. — Quemadmodum arbor bona bonos fructus
gignit, ita vir christianus bona opera exhibere debet. —
Hunc hominem odi, quia est amicus malorum. — Athene-
nienses Socratem damnaverunt, quia videbatur introdu-
cere religionem novam. — Eloquentiae studendum est,
etsi ea quidam abutuntur. — Cum navigium aedificaret
Noemus homines manducabant, bibebantque, nec de dilu-
vio cogitabant. — Cum Philisthaeorum exercitum aspe-
xit Saul, perterritus est et Dominum consuluit. — Lumen
solis, licet ceteris rebus impertiatur, nunquam tamen
minuitur. — Si non possis semper adjuvare pauperes,
at certe semper consolari vales.

Thème 175.

185-200. — Ut in cœlum se receperunt Angeli, pastores
Bethlehemum ierunt. — Statim ut spiritum emiserimus,
nostro coram judge stabimus (*ou* nobis standum erit).
— Duo discipuli asinam et asinae pullum adduxere, ut

præceperat Jesus. — Praestans imperator erat Timoleon,
et quemadmodum, juvenis adhuc, senis maturitatem,
ita, jam senex, juvenis fortitudinem vigoremque praestit. — In desertum adductus est Jesus, ut a diabolo tenta-
retur, istumque metuendum hostem dejiceret. — Pluri-
mos sublevemus pauperes, quo plures in cœlo patronos
nobis comparemus. — Jesum capite damnavit Pilatus,
ne Cæsaris offensam contraheret. — Jesum abduxerunt
milites ut illum cruci affigerent. — Pseudoprophetis
Elias dicebat: « Vociferamini, donec vos vester audiat
Deus ». Jesus qui exspectabat donec discipuli ex urbe re-
verterentur, cum Samaritana sermonem contulit. — Dux
Barac prophetissæ Debora dixit: Exercitui ego præero,
dum tu me comiteris. — Dum mali montibus dicent:
« Operite nos », circa Jesum justi colligentur. — Dum
epistolam Philotæ, qui perierat, nomine scriptam, legeret
Parmenio, duobus gladii ictibus confossus est. — Cum
e carcere elapsus fuisse sanctus Petrus, visus est primum
dubitare num vere liber esset, at postea non dubitavit
quoniam ipse ab angelo quem Deus miserat, fuisse liberatus.

Thème 176.

185-200. — Cum incerta sit nostræ mortis hora, de
morte sine intermissione debemus cogitare. — Ranis
dixit Jupiter: Quoniam bonum regem ferre noluitis,
hunc malum perferte. — Utraque fortuna æquo animo
ferenda est, quod totam vitam miscet dolor et gaudium.
— Cum Magdalena Jesum querens lugebat, Jesus ei ap-
paruit. — Cum Jesus exspiravit, tremuit terra, scissæ
sunt rupes, et aperta sunt sepulchra. — Cum Jesus
Christus ventis et fluctibus minabatur, illico parebant.
— Dixerat Elias propheta: Cras abundabit frumentum; unus
ex regis prefectis illi dicere ausus est: Si cœlum Do-
minus aperiret, id vix fieri posset (*ou* aperiat... possit.)
— Quatuor homines lepra affecti dixerunt: In
Syrorum castra properemus: si nobis vitam concedent,

vivemus ; si nos occident, moriemur. — Quamdiu Thebanorum copiis præfuit Epaminondas, illæ invictæ extiterunt. — Donec eris felix, multos numerabis amicos ; si vero miser factus fueris, solus eris. — Vix Jesum osculatus fuit Judas, cum illum vinxere milites. — Statim ut dixit David : In Dominum ego peccavi, illi respondit propheta : Peccatum tuum transtulit Dominus. — Si essem Alexander, ait Parmenio, oblata conditione uterer : Et ego, ait Alexander, si essem Parmenio. — Pro sua bonitate, Deus nostra vitæ et saluti providet.

Thème 177.

185-200. — Juda, si magistrum tuum non sequeris, at certe ne illum prodas osculo. — Cum Moyses Ægyptum percutiebat, cuncta promittebat Pharao ; cum abierat pestis, cor Pharaonis rursus obdurescebat. — Cum Jesus Christus noster sit redemptor, huic nos debemus gratias agere. — Hebraei, cum ipsis Egyptii instarent, trajecterunt Rubrum mare, quod illis transitum aperuit. — Cum quæsiissent Jesum Maria et Joseph, sedentem inter doctores, audientem illos ac interrogantem invenerunt. — Custos amputatum Johannis Baptiste caput Herodiadis filiae tradidit. — Chosroes, occupata urbe Jerosolyma, crucem asportavit. — Heraclius, implorato Dei auxilio, adversus Persarum regem dimicavit. — Romanis sæpe dicebat Cato : Haud tuta erit urbs nostra, quin Carthaginem deléamus. — Proficiisci noluit propheta Balaamus quin prius Dominum consuluisset. — Judas, antequam se suspenderet laqueo, Jesu innocentiam agnovit et professus est. — Postquam Jesu vocem audivit Lazarus, e tumulo prodiit. — Quamvis Parmenio admonuisset Alexandrum ut a Philippo suo medico caveret, rex tamen medicamentum sibi ab eo paratum sine metu hausit. — Cum recusarent pulli sacri sumere cibum, quod erat diro omine, Appius Claudius eos in mare projecit dicens : Bibant, cum manducare nolint.

Thème 178.

185-200. — Athenis, servi, collecta sufficienti pecunia, se redimere poterant, etiamsi nolebant eorum domini. — Si crucem cum Jesu portaverimus, cum eo regnabimus. — O Christiani, nisi vobis favisset Deus, idola hodie coleretis. — Sisygambis, audita Alexандri morte, suam propriam sortem deflevit, non secus ac si altero fuisset orbata Dario. — Seni Simeoni dictum fuerat : Tu non morieris priusquam Christum Domini videris. — Athenis abiit Aristides, nec de Atheniensium injuria ullam habuit querimoniam ; Camillus vero Roma non potuit egredi quin ingratae patriæ male precaretur. — Cum summus pontifex erat Sixtus Quintus, inter doctores innumerus est sanctus Bonaventura. — Postquam David duo immania commisit scelera, illi Deus prophetam suum misit. — Magi, cum in stabulum advenissent, infantem Jesum adoraverunt. — Gregorius tertius decimus, cum tredecim circiter annos summus pontifex fuisset, Christi e cruce pendentis effigiem deosculando obiit. — Imperator Titus, cum ipsi gentes vicinæ gratularentur, oblatas sibi rejecit coronas dicens : Haud meum opus est Jerosolymæ expugnatio. — Cum peccatum sit omnium malorum gravissimum, istud debemus detestari atque effugere. — Scytharum legati dixerunt Alexandro : Si deus es, debes mortalibus largiri beneficia, non autem eis sua bona eripere.

Thème 179.

201-202. — Romulus in monte Palatino urbem condidit quam suo nomine Romam vocavit. — Ille cuius interest fallere, sæpe parum fidelis est. — Jesus miraculum patravit ut populo qui ipsum sequeretur et cui opus esset cibo optularetur. — Socrates est omnium philosophorum quos antiqua laudat historia celeberrimus. — Nihil pauperibus nos largimur quod abundanter nobis Deus non retrahat. — Israelitæ in Samuelis agendi ratione nihil inve-

nerunt quod objurgarent. — Tot inter viros christianos, quotusquisque est qui nostris temporibus Ecclesiae præcepta sedulo observet! — Scitote, peccatores, Deum semper ignorare viro quem sincere pœnitentia.

203-204. — Quantacumque est nos inter et planetas distantia, hanc astronomie periti adamussim emetuntur. — Dicebat Cainus : Quicumque obvium me habuerit, me interficiet. — Ad pugnam procedunt David et Goliath ; uter cumque victus fuerit, obruncabitur. — Quemcumque legeris librum, illumne Evangelio comparandum existimabis? — Quamvis multa Manasses commisisset scelera, misericordiam impetravit. — Quamvis insons esset Socrates, capite damnatus fuit. — Quantulumcumque erat vidua oblatum, hoc divitium donis præposuit Dominus.

Thème 180.

204-204. — De illius salute desperandum est, cuius aures clauduntur veritati. — Quantumcumque est elephantis robur, illum homo ex voluntate dirigit. — Cimon nullum miserum videbat quem non sublevaret. — Tot inter divites quotusquisque est qui Cimonem Atheniensem imitetur. — Quamvis sapienter se gerat homo quilibet, carpitur. — Quotcumque suppliciis torti fuerunt Machabæi, invicti persistierunt. — Scitote dæmonem decipere quos possit. — Quantuscumque erat Gallus qui Romanorum fortissimum provocabat, istum Manlius Torquatus suo gladio perfossum interfecit. — Nullus est dolus quem Satanæ in Jesu Christi discipulos non adhibuerit. — Tot inter viros christianos, quotusquisque est qui in caelum ingressurus sit. — Quantamcumque sapientiam Salomon primum ostendit, postea tamen falsa gentium numina coluit. — Samson est omnium hominum qui unquam extiterunt robustissimus. — Quantumvis munita esset urbs Syracusæ, hanc Timoleon momento expugnavit. — Seneca, admodum juvenis, nil

audiebat legebatur quod fideliter memoria non teneret. — Videas multos filios qui parentibus sint dissimiles.

Thème 181.

201-204. — Quilibet me contempserit, ait Dominus, in contemptum ipse incidet. — David se obtulit ad pugnandum cum Goliatho : Saul nullum alium reperit quem huic giganti opponeret. — Qualicumque sit cuiusvis hominis conditio, labori addicitur. — Nullum est animal quod homines non mansuefiant. — Quantumvis strenue Annibal dimicaret, a Scipione victus est. — Submersi sunt homines quos frustra monuerat Noemus, et quibus nequicquam diluvium minatus fuerat. — Nulla res est quam non edoceantur elephantes. — Sortiuntur Mathias et Joseph, Justus cognomine; uter cumque a Deo sic electus fuerit, proditoris Iudeæ locum occupabit. — Vos non fugit Deum ditescere et spoliare quos velit. — Inter adolescentes quotusquisque est qui his temporibus collatam sibi baptismo gratiam servaverit. — O Thebani, quemcumque ducem elegeritis, numquid Epaminonda peritior erit? — Nullum est cor durum quod molliri non possit Jesu Christi gratia. — Quantumvis multis regiones Sanctus Paulus evangelizando perlustravisset, sese apostolorum minimum profitebatur. — Cicero est omnium quos peperit Italia oratorum eloquentissimus. — Quadam lege prohibitum erat ne Lacedæmonii terga verterent, quantuscumque esset hostium numerus. — Sunt qui putent animam et corpus una perire. — Nihil novi est quod ad te scribam.

Thème 182.

201-204. — Homines videoas qui negare audeant Deum existere : o stupendam cœcitatem! — Quantumcumque animum primum exhibuerunt apostoli, suum tamen Dominum postea deseruerunt. — Nullum est impedimentum quod superare non possit Christianus. — Quantacumque

sit Dei clementia, expiandum est peccatum. — Summus sacerdos Goliathi ensem Davidi dedit, quia aliis quem ipsi daret praesto non erat. — Quotcumque beneficia a suo magistro acceperat Judas, illum tamen prodere ausus est. — Abel quem occidit Caïnus et Joseph quem vendiderunt Jacob filii, imagines erant Jesu Christi quem vendidit Judas et quem Judæi occiderunt. — Quantulæcumque nobis videntur stellæ, tamen terra multo sunt ampliores. — Nihil convicci fuit quod Socrates a Xantippe sua conjuge non exciperet. — Quilibet Patris voluntatem fecerit, divinam esse Filii doctrinam cognoscet. — Quotusquisque est qui honores despiciat. — Nullum reperias cui studium non profuerit. — Curius dicebat cum cui septem terræ jugera non sufficerent, esse civem perniciosum. — Asia, quamvis magna sit, non erat satis Alessandro. — Miserrimus est, qui nihil habet quod manducet, quando esuriat. — Ubicumque habites, eo ire cupio.

Thème 183.

201-204. — Pauperes sanctus Franciscus suis vestibus induebat, cum nihil aliud sibi suppeteret quod illis daret. — Quicunque reus sit, dicebat Saül, absque misericordia neci tradetur. — Res nulla est cujus jacturam non debeamus facere ut Deo obediamus. — Quantumvis vafer esset Lysander, iste tamen a Pharnabazo delusus fuit. — Quamcumque sententiam in curia aperiret Cato, semper addebat: Censeo et delendam esse Carthaginem. — Homerus est omnium qui unquam exstiterunt poetarum inclutissimus. — De imperio inter se contendunt Niger Severusque; utercumque Romam prius advenerit Juliano succedet. — Tot inter oratores, aiebat Cicero, quotcumque reperias qui isto nomine vere dignus sit. — Quamvis multa Jesus coram Judeis patraverit miracula, in eum plerique non crediderunt. — Instemus precibus et auxilium quo nobis opus est nobis concedetur. — Quovis tempore Christianis præbet Deus inter fratres

exemplaria quæ imitantur. — Nemo est qui non timeat, nemo est qui non oderit proditorem. — Socrates solebat dicere omnes homines in iis quæ sciant satis esse eloquentes. — Mulieres quarum idola Salomon adoravit, cor hujus viri principis corruperunt. — Quacumque fur iter fecerit, illum persecuemur. — Tobias captivus a rege accepit quocumque vellet eundi licentiam.

Thème 184.

205-209. — Non is fuit Numa qui Romulus suus antecessor. — Plerumque quæ fuit vita, ea est mors. — Is fuit erga homines Dei amor ut filio suo unico non pepercit. — Alexander, Darii victor, haud idem, qui antea, fuit. — Aristides aliter ac Themistocles censebat et agebat. — Domitianus imperator alius erat ac Titus, suus frater. — Erant apostolis solummodo panes quintæ et duo pisces ut quinque hominum millia nutrissent. — Domine, tibi soli nos confidimus. — Eodem anno quo Annibal obiit Scipio. — Haud is erat Varro qui Paulus Æmilius. — Id erat adversus Joseph filiorum Jacobi odium ut cum illo amice loqui non possent. — Nihil aliud nisi Dei gloriam appetit Christianus. — Josuæ dixerunt Israelitæ: Soli Domino nos serviemus. — Ezechias eamdem exacta quam ineunte vita pietatem exhibuit. — Plerumquo quales parentes, tales filii. — Haud aliter apostoli quam ipsorum ou suus magister habiti sunt. — Lucius Mummius Corinthum funditus evertit eodem anno quo periit Carthago. — Talis debes esse qualis vis videri. — Aliæ sunt partes legati, aliae ducis.

Thème 185.

205-209. — Haud is erat Brutus quem putabat Tarquinius. — Solos cœli thesauros exoptemus. — Sapissime qui dux est, ii sunt milites. — Ochus, Persiæ rex, eodem obiit anno quo Philippus, rex Macedoniae. — Nihil aliud quam delicias requirit profanum vulgus; Jesus Christus

tamen nihil aliud nisi crucem poenitentiamque commendavit. — Ea erat carminum Sophoclis suavitas ut idecirco Apis cognomen illi tributum fuerit. — Annibal milites, Capuae commorati, alii atque antea fuerunt. — Otho solummodo tres menses et dies quinque regnavit. — Non is erat Manius Curius quem putabant Samnites qui aurum ei obtulerunt. — Persæpe Cato non nisi aquam potabat. — Quæ fuit capitis, ea esse debet membrorum vita. — Thebanorum gloria quæ cum Epaminonda orta fuerat, eundem quem magnus ille vir finem habuit. — Pauci se eos vident ac judicant qui reapse sunt. — Nihil aliud nisi sapientiam postulaverat Salomon, atque insuper illi dedit Deus gloriam et divitias. — Ephesi templum Dianæ crematum est eadem nocte qua natus est Alexander. — Censo servandas esse in historia alias atque in carmine leges.

Thème 186.

205-209. — Ea erat in Hebraeos Pharaonis saevitia ut illorum infantes masculos recens natos in Nilum projici juberet. — Solummodo octo circiter menses regnavit Vitellius. — Dario Alexander respondit eadem ferocia qua ille ad ipsum scriperat. — Fabricius haud is erat quem putabat Pyrrhi medicus. — Si quis alii deo quam soli veroque Domino sacrum fecerit, morte mulctabitur. — Avaro, suæ famis leniendæ gratia, nihil aliud nisi mus suppetebat, attamen hunc vendidit. — Gedeoni solummodo trecenti erant milites; attamen numerosum Madianitarum exercitum devicit. — Qualis fuerat Tobias pater, talis fuit ipsius filius, quem Domino servire docuit. — Äger nihil aliud quam valetudinem exoptat. — Querebatur Annibal quod jam non iidem essent Romani qui Pyrrhi temporibus. — Discipulis dixit Jesus: Soli Patri meo notus est dies ultimus. — Ferunt Platonem postquam unum supra annos octoginta vixisset, eodem quo natus fuerat die obiisse. — Adest dissimulatio cum quis aliter

loquitur, aliter sentit. — Plerique talem volunt amicum habere quales ipsi esse non possunt.

Thème 187.

210-212. — Sancto Joanni Chrysostomo tanta inerat pietas quanta facundia. — Quanta in philosophis inerat scientia, tantam persæpe exhibebant superbiam. — Tantum frumenti gignit Ägyptus ut plures alat populos. — De cunctis hominibus, cum pauperibus tum opulentis Deus judicium proferet. — Adeo bonus est Deus ut nobis suum miserit Filium. — Cyro tot amici erant quot milites. — Adeo perterriti sunt sepulchri custodes ut facti fuerint sicut mortui. — Quot philosophi, tot dissonae sectæ. — Annibali cum Romæ tum Carthagine plurimi adversabantur. — Scientiam tanti faciebant nonnulli philosophi ut ad illam acquirendam maria trajicerent. — Sanctus Basilius tam impavidus erat quam modestus. — Adeo inhumanus erat Nero ut matrem suam trucidaverit. — Ägroti tum e Judæa tum ex aliis regionibus ad Jesum accurrerant. — Quantum dilexerant Augustum Romani, tantum aversati sunt Tiberium. — Tantam severitatem adhibebat Manlius Torquatus ut filio suo veniam dare noluerit. — Titum tantum desideraverunt Romani quantum amaverunt. — Non tam strenuus quam eloquens erat Demosthenes. — Pauci tanti faciunt virtutem quanti divitias.

Thème 188.

210-212. — Plerumque Alexander tantam erga victos clementiam quantam in prælio fortitudinem exhibebat. — Tam pura erat Maria ut angeli conspectus illam perturbaverit. — Quanti paupertatem fecit Jesus Christus, tanti illam nos debemus facere. — Josephus, per septem inopie annos cibaria tum Ägypto, tum vicinis regionibus suppeditavit. — Jacobi fuere tot filii quot tribus numeramus. — A Tarquiniorum tyrannide tantum abhorrebat

Brutus, ut filios suos istorum partibus faventes, capite damnaverit. — Henricum quartum tantum diligebant Galli quanti aestimabant. — Tam perfidus fuit Judas ut suum prodiderit Dominum. — Quam vafer ac dissimilator, tam crudelis erat Tiberius. — Augustus tum populo romano, tum coeteris regionibus pacem attulit. — Alexandrum tantum diligebat Sisygambis ut de illius morte audiens, animo defecerit. — Tam doctus philosophus quam praestans dux erat Epaminondas. — Quot Annibal commisit proelia, tot initio retulit victorias. — Rempubli-
cam tantum diligebat Cicero, quantum detestabatur Catilina. — Adeo patiens erat Job, ut ab imis unguibus ad summum verticem ulceribus attritus, Dominum laudaret. — Commodum Romani tantum contempserunt, quanti istius patrem Marcum Aurelium aestimaverant. — Quanto scientia divitiis, tanto virtus scientiae praestat.

Thème 189.

210-213. — Alexander Hephestionem tantum amabat quanti Craterem faciebat. — Quisnam tam potens est ut nullius auxilio indigeat? — Alexander quum a Macedonibus tum a Persis desideratus est. — Quanta beneficentia Titus usus fuerat, tantam saevitiam exercuit Domitianus. — Aequitate tantum delectabatur Aristides ut Justus cognominatus fuerit. — Saneto Hieronymo tanta inerat humilitas quanta eruditio. — Ab Alexandro tanti siebant Homeri opera ut Homeri amator fuerit cognominatus. — Cum a Judaeis, tum a falsorum numinum cultoribus vexata est Christi religio. — Quantum Romani Vitellium abhorruerant, tantum Vespasianum dilexere. — Tantam exercebat crudelitatem Tyrannus Dionysius ut illi ne unus quidem amicus superesset. — Tum pauperes, tum divites ad laborem Deus damnavit. — Numerantur tot daemones quot boni angeli? — Quantus Jesu Christi crucem sanctus Paulus aestimabat, tanti eam nos debemus aestimare. — Nabali adeo iratus erat David ut totam il-

lius domum extingue decreverit. — Tam clemens erat Cæsar quam strenuus. — Humanitatis adeo immemores fuimus, aiebant Jacobi filii, ut fratrem nostrum non audiremus. — Tam parum prudens fuit Pelopidas ut omnium hominum maxime fero ipse fideret. — Annibal tanti faciebat Scipionem ut illum peritissimis ducibus compararet.

Thème 190.

210-213. — Diogenes haud tantum gloriam quantum divitias despiciebat. — Quis tam in tuto est ut nullum timeat periculum. — Tantam perfidiam quantum saevitiam exhibuit Tiberius. — Tam multi Carthagine Annibali adversabantur ut tandem succubuerit. — Quam prudens Fabius, tam temerarius erat Varro. — Haud tanti Crassi thesauros quanti Attici libros aestimabat Cicero. — Mors cum senes tum adolescentes repente subripit. — Dat nobis fides tot patres, filios, fratres et sorores quot numeramus Christianos. — Tantam benignitatem habuit Scipio Æmilianus ut Fabio suo fratri universam sui patris hereditatem tradiderit. — Quantum in Davidem odium exhibebat Saul, tantam illi significabat Jonathas amicitiam. — Tam parum grati fuerunt Syracusani ut de se optime meritum Dionem turpiter ejecerint. — Tanta in Abrahamo inerat fides ut, ad obediendum Deo, filium suum Isaac immolare voluerit. — Tam æquum imperatorem se præstítit Augustus, quam iniquum triumvirum se exhibuerat. — Grando fulminibus tonitribusque mixta cum homines tum pecudes perculit. — Quantus Aristidem Athenienses, tanti Epaminondam Thebani faciebant.

Thème 191.

210-213. — Pharisei invidia obcaecati, haud tantum Barabbam quantum Jesum Christum detestabantur. — Quot martyres, tot Jesu Christi testes. — Adeo solers